

DEDICATORIA.

libros hâc methodo extant. Qvæ  
dum præfari oportuit, visum fuit  
te præ cæteris alloqvi, JUVENEM  
EDECUMATUM, de qvo patriæ  
præclara omnia polliceor. In ea  
DEUS nos tempora reservavit,  
qvibus dedecori ferè atqve vitio ver-  
titur, si qvis nobili ortus stemmate  
& cætera benè fortunatus animum  
ad theologiam, ignobile illud ( sic  
mundus judicat ) & non nisi plebejis  
conveniens studium applicet; atqve  
in hoc celebri emporio, cui socia  
data non incelebris Academia, nostro  
tempore ne unam è primoribus fa-  
miliam novimus, qvæ DEO conse-  
crarit sobolem, præter BOSIUM,  
prudentissimum urbis Senatorem, &

)( )(

Ædilem

209